bat pilatus dimittere eu. Iudei autē clamabant
dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis
qui se regem facit contradicit cesari. Pilatus ergo
cum audisset hos sermones. adduxit foras ihm. &
sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotus.
ebraice autē gabatha. Erat autē parasceue pasche.
hora quasi sexta. Et dicit iudeis ecce rex uester.
Illi autē clamabant. tolle tolle crucifige eum.
Dixit eis pilatus. Regem urm crucifigam. responde
runt pontifices. Non habemus regem nisi cesarem.
Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susce
perunt autē ihm & eduxerunt. & baiolans sibi cru
cem exiuit in eū qui dicitur caluarie locum ebraice
golgotha ubi eu crucifixerunt. Et cum eo alios
duos hinc & hinc medium autē ihm. Scripsit autē
& titulum pilatus & posuit sup crucem. Erat autē
scriptum. ihs nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo
titulū multi legerū iudeorū. quia prope ciuita
tem erat locus ubi crucifixus ē ihs. Et erat scrip
tum ebraice grece & latine. Dicebant ergo pilato
pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeorum.
sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respondit
pilatus. quod scripsi scripsi. Milites ergo cum
crucifixissent eum acceperunt uestimenta eius
& fecerunt quattuor partes unicuique militi
partem & tunicam. erat autē tunica inconsutilis
desup contexta per totu. Dixerunt ergo ad inuicem
Non scindamus eam. sed sortiamur de illa cuius
sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt
uestimenta mea sibi & in uestem meam miserunt